

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliae Super Ezechielem

Gregor <I., Papst>

[Basel], 1496

Incipit prefatio Omeliarum beati Gregorii pape libri secundi

[urn:nbn:de:bsz:31-313454](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313454)

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Incipit prefatio Omeliarum
beati Gregorij pape libri secundi.

Quia multis curis premens
libri coram charitate vestra
corum ordinem perscrutari
non licuit: bonis vestris de
siderijs placuit petere: ut
saltem extrema eius visio que facta est de edi
ficio in monte constituto: que et cunctis est visio
nibus eius obscurior: exponi debuisset. Et
quidem voluntati vestre me parere necesse est
sed duo sunt que hac in re perturbant animam meam.
Primum quod hec eadem visio tante obscuritatis
nebulis tegitur: ut vix in ea aliquid intellectu
interlucere videatur. Aliud quod iam Aguilus
longobardorum regem ad obsidionem nostram sum
mope festinantem padum transisse cognouimus.
Cum preterea fratres charissimi in caliginiosis ac mysticis sensibus penetrare quod
valeat mens misera: timoris sui perturbatio
nibus occupata. Quanto enim circa terre
na plura sagaciter: tanto in his que sunt celestia
minus videtur. pro eo quod curis suis extra se du
citur: et valde interius minor est: quia scriptum est.
Depremit terrena inhabitatio sensum multa
cogitantem. Sap. 9. Que enim superiora
penetrare etiam collecta non sufficit: pensate
quid agere poterit diuisa? Scimus autem:
scimus omnes quia et fluvius qui in multis rivis
diuiditur: a suo alveo siccat. Sed tamen iter
hec adest suprema gratia. Et si mentem meam
cogitationum mearum predeceat deprimitur: ve
strosque habere penes desideriorum levat. Obscu
rum quidem valde est opus quod aggredimur:
sed ponamus in animo: quia nocturnum iter agimus
restat ergo ut hoc palpando carpiamus.

Incipit Omelia. XIII. que ex
ponit. XL. capitula a principio usque ad
illam preteritam. Fili hominis vide
oculis tuis.

In vicesimo et quinto
anno transmigrationis
nostre in exordio anni

decima mensis quartodecimo an
no postquam percussa est ciuitas ip
sa hac die facta est super me ma
nus domini: et adduxit me illuc.

Picturam mysticam narrationem historicam
premittit: ut fiat ex tempore quod credatur in
revelatio. Notandum vero quod in exordio
libri huius quo anno prophetare cepit: in
dicant. in fine vero inserunt quod in extre
ma visione vidit: ita ut cognosci valeat in
quorundam annis prophetie sue librum dixerit. Te
pus namque quo prophetare cepit: in locutio
nis sue initio posuit dicens. Aperti sunt ce
li. et vidi visiones domini: in quinta mensis: ip
se est annus quintus transmigrationis regis
ioachim. Hinc vero loquitur dicens. in vice
simo et quinto anno transmigrationis nostre
addit namque prophetam in captivitate primam: cum
ioachim rege fuerat in Babilonia trans
ductus. Nam de secula hierosolymorum captivi
tate subiugit. Quartodecimo anno post
quam percussa est ciuitas. Undecim quippe an
nis sedechias post captivitatem primam in
qua Ezechiel propheta cum ioachim rege
ductus est in hierosolymorum urbe regna
uerat. Post captivitatem vero eiusdem sede
chie que etiam secula erat urbis captivitas:
quartodecimo anno propheta visionem ultimi
mam vidit. Undecim itaque et quatuordecim
simul iuncti: faciunt viginti et quinque.
Et igitur visionem primam quinto captivitatis
prioris anno locutus est: atque hanc ultimum
vicesimo et quinto anno factam fuisse descri
bit: perfectum patet quod in viginti annis locu
tionis sue moras usque ad ultimum visionis
sue verba tetenderit. Nec mouere quem
piam debet quod in medio prophetie sue volu
mine cum de Babilonico rege loqueretur vici
cesimi ac septimi anni memoriam facit.
Quo in loco cum nihil de tempore sue capti
uitatis interferit: aperte demonstrat quia
eius regis tempora describat: de quo ut pro
phetaret acceperat. Quod vero ait in exor
dio anni decimi mensis: tempus simpliciter
exprimit: ut ex ipso quoque tempore in cor
da audientium iuxta litteram verbi radice sit